

tor nobilis tunc sancta et felix aia tua  
 ad inferni claustra descendit: et tu rex e-  
 terne glorie virtute tue diuine potesta-  
 tis portas ereas et vectes ferreos cofre-  
 gisti: et dyabolū et ministros eius alligasti:  
 et electos tuos: qui ibi captiui tenebantur:  
 ad gaudia paradisi perduxisti. **I**deo rogo te per  
 illā ineffabilem leticiam quā acceperunt anime electo-  
 rum tuorum vt miserearis animabus pa-  
 trum nostrorum fratrum sororum: omniumque  
 parentum nostrorum: et omnium fidelium  
 defunctorum: quod de hac vita transferunt:  
 et qui nobis in oratione commendati  
 sunt: et quorum vtimur vel vsi sumus  
 elemosinis: donis aut beneficijs: et qui  
 singularem intercessorem apud te non habent:  
 et pro quibus tuam clementiam deprecari  
 desideramus: et omnium cristifidelium  
 ubicumque quiescentium. Amen.

**¶ De gloriosa resurrectione dñi Iesu:  
 et eius multiformi apparitione et sa-  
 miliari conuictu et loquela cum discipulis.**

**G**racias tibi ago domine ihesu  
christe: q̄ tertia die resurrexisti a  
mortuis ⁊ resurrectionis tue glorificasti  
corpus humilitatis nostre. Et ipso die  
apparuiſti Marie magdalene: ⁊ mulie  
ribus a monumento reuertentibus oc  
curruiſti dicens: auete. Et illi acceſſerunt ⁊  
tenuerunt pedes tuos. Et duobus di  
ſcipulis etiam cūtibus in Emaus ipſo  
die apparuiſti: ⁊ cognitus es eis in fra  
ctione panis ⁊ iterum ianuis clauſis  
introiſti ad diſcipulos ⁊ dixiſti. Pax vo  
bis. Ego ſum: nolite timere. Et corā ill  
manducaſti panē et partē piſcis aſſi: et  
ſauum mellis. Et ad mare Tyberiadis  
mañſtebas te diſcipulis tuis. Et ac  
cepto pane dediſti eis ⁊ piſcem ſimili  
ter. Et valde am̄cabiliter locut⁹ es cū  
illis maxime cum petro qui te negaue  
rat. Et poſt dies octo iterū diſcipulis  
tuis apparuiſti: ⁊ pacem tuaz illis tri  
buiſti. Et Thomam incredulū oſtenſi  
one vulnerum confortaiſti. Per hanc  
glorioſam reſurrectionem: ⁊ per illu

gualium oim  
z ois amio  
gna gloria  
De adim  
Ludo  
us me  
poda vie g  
vix in diem  
peregit. Cu  
paruitiſſi  
na nris con  
triba cor do  
ſpe ⁊ chari  
diti in mo  
dediſti eis  
ſin comp  
uſus es in  
ome glori  
ad beatam  
ueniſti  
romas gl  
be in mem  
dū impo  
conſigra

gaudium oim tecū resurgentū fac me  
 ⁊ oēs amicos meos resurgere cū ma-  
 gna gloria ⁊ honore. Amen.

*De admirabili ascensione dñi iesu.*

**L**audō ⁊ glorifico te domine de-  
 us meus propter hoc tempus.  
 quod a die gloriose resurrectionis tue  
 vsq; in diem admirabilis ascensionis  
 peregisti. Quia in hoc tēpore sepe ap-  
 paruisti discipulis ⁊ aliis fidelib; ami-  
 cis tuis consolans amiceabiliter eorū  
 tristia corda: ⁊ confirmans eos in fide  
 spe ⁊ charitate tua. Et postremo ascen-  
 disti in montem: ⁊ eleuatis manibus  
 dedisti eis tuā diuinam benedictionē.  
 Et in conspectu omniū assistentiū ele-  
 uatus es in celuz: representans victricis  
 carnis gloriam: vultui patris: ⁊ sedes  
 ad dexteram eius coominipotes: ⁊ coe-  
 ternus diuino accinctus lumine: ⁊ co-  
 ronatus gl'ia ⁊ honore: hñsq; nos scp/  
 tos in manib; tuis: nūq; obliuiscaris  
 nr̄i imperpetuū Amen. ¶ *De missiōe  
 sancti spiritus in die pentecostes*